

§^b Item tenemur. fratribus de Schellenberch in. x. Marcis, et xxiij. libris. denariorum constantiensium pro quibus nobis emerunt vinum apud / Lindaugiam et ibi pro eadem peccunia constituerunt obsides sed qui sunt illi ignoramus et dampna multa eue/nerunt occasione dicti vini sed quantitatem dampnorum ignoramus set declarabimus cum ea perquiremus et partem dicti / vini dedimus dominis de sancto. Gallo pro prebendis et partem eius expendimus in obsidione Castri Jberch³. Item tenemur, / ipsis in. x. Marcis, quas pro nobis soluerunt Bur. dicto Vnderschoph hospiti nostro in Constantia pro expensis apud eum — / factis in negociis Monasterii sancti Galli nam nomine Monasterii Campidonensis nichil habebamus facere in Constancia. § Item tenemur / in. decem Marcis - pro vestibus quas nobis emerunt in Constancia cum pro complanatione Monasterii sancti Galli cum rege volebamus / ire Frankenfurt ad curiam. Item tenemur eis in quinque Marcis — pro debitis domini de werdenstain⁴ — / quod adhibuit consensum redemptioni Castri in Nūwen Rauenspurch. Item tenemur eis in. xi. libris — denariorum^c / que cesserunt domino de werstain.⁵ pro vestibus et pro expensis. Item in seruitio regis tatenriet⁶ amisimus / duos dextrareos quorum vnum tenemur soluere dominis de Schellenberch computant pro. xx. Marcis, quem soluendum / dicimus esse de rebus Monasterii sancti Galli, alium de rebus Monasterii Campidonensis cum vtriusque Monasterii tunc gesserimus gubernacionem. / . . .

§^d Item dampna que fratres de Schellenberch sustinuerunt pro vino quod apud Lindaugiam acceperunt vt supradictum est se / extendunt ad. xl. libras, et adhuc crescunt dampna in vsuris et obstagiiis. / . . .

Übersetzung

Dies sind die Schulden, von denen die unten einzeln Aufgeführten erklären und aussagen, dass wir sie ihnen schuldig seien, und bei denen es offensichtlich ist, dass wir Konrad¹, von Gottes Gnaden Abt des Klosters Kempten², sie aus dem Kloster St. Gallen zahlen müssen,